

INCIPIUNT STATUTA¹ DECRETALIA EPISTOLARUM EVARISTI PAPAE DE ORDINE
 DIACONORUM ET LEGITIMO AC² REGULARI CONIUGIO ATQUE DE FIDE³.

[H. 1] Dilectissimis fratribus universis Africae regionis episcopis Evaristus.

Consulentibus⁴ vobis, fratres carissimi, quid super his, quae in vestris continebantur scriptis, visum⁵
 5 esset, vel quid docilis⁶ ratio persuaderet, aut quid a beatis apostolis nobis traditum aut custoditum
 remaneret, optantes⁷, ut retulistis, nostris instrui documentis, si quidem dilectio vestra normam⁸
 secuta prudentium ad sedem apostolicam referre maluit⁹ ¹⁰ quasi ad caput, quid deberet de rebus
 dubiis custodire potius quam usurpatione praesumere.

Diaconi¹¹, qui quasi oculi videntur esse episcopi, in unaquaque civitate iuxta apostolorum constituta
 10 septem debent esse, qui custodiant episcopum praedicantem, ne ipse¹² aut ab insidiatoribus
 quoquo¹³ modo infestetur¹⁴ ¹⁵, aut laedatur¹⁶ a suis aut verba divina detrahendo aut insidiando¹⁷
 polluantur¹⁸ ¹⁹ vel despiciantur²⁰, sed veritas spiritali redoleat²¹ fervore, pax praedicata labiis cum
 voluntate animi concordet.

Quellen:

3-8: *Consulentibus - praesumere*, Innoc. I. ep. ad Exup. Tolos. pr. (H. no. 8).

7: *quasi ad caput*, Innoc. I. ep. ad Felic. Nucer. pr. (H no. 9). Cf. Anacl. 34, Sixt. I. pp. 5, Marcelli 2, Iul. 6, Dam. de corep., Anast.I. pp. ep. 1, Fel. IV. pp. ep. 1.

9: *Diaconi - esse sec.* Clem. ep. I. (c. 12).

9-13: *in - concordet* sec. vit. Evar. c. 2. in libr. pontif.

Rezeption:

4-13: *Consulentibus – concordet*: Coll. Ans. ded. IV,127.

6-12: *dilectio – despiciantur*: Deusdedit II,37.

9-12: *Dilectio – despiciantur*: BonizoV,27.

9-13: *Diaconi – concordet*: Sentenzen c. 168; Anselm v. Lucca: VII,59; Polycarpus II,38,1 (9: *iuxta – constituta* fehlt); Gratian D. XCIII, c.11.

¹ STATUTA DECRETALIA EPISTOLARUM] EPISTOLAE V630

² AC REGULARI *fehlt* V630

³ FIDE] FIDE ET DE NON INIURIANDIS EPISCOPIS AUT LACERANDIS V630

⁴ *am Rande* Investigantibus VD38

⁵ visum] visum nobis I83

⁶ *am Rande* quae docere potest VD38

⁷ *am Rande* desiderantes VD38

⁸ *am Rande* exemplum regula VD38

⁹ *am Rande* magis voluit VD38

¹⁰ *mallunt* I83

¹¹ *am Rande* De ordine VII diaconorum O93; *vor Diaconi Rubrik* DE ORDINE SEPTEM DIACONORUM V630

¹² ipsi I83

¹³ *am Rande* aliquo modo VD38

¹⁴ *am Rande* corrumpatur VD38

¹⁵ infestentur I83

¹⁶ laedantur I83

¹⁷ insinuando VD38

¹⁸ *am Rande* sordidetur VD38

¹⁹ polluaturn VD38

²⁰ despiciatur VD38

²¹ *am Rande* spiret odorem emittat VD38

[H. 2] Similiter²² custoditum et traditum habemus, ut²³ uxor legitime viro iungatur. Aliter enim
 15 legitimum, ut a patribus accepimus et a sanctis apostolis eorumque successoribus traditum
 invenimus, non fit coniugium²⁴, nisi ab his, qui super ipsam feminam dominationem habere videntur,
 et a quibus custoditur, uxor petatur²⁵ et a parentibus propinquioribus sponsetur et legibus
 dotetur²⁶, et²⁷ suo tempore sacerdotaliter, ut mos est, cum precibus et oblationibus a sacerdote
 20 benedicatur, et a paranympis, ut consuetudo docet, custodita et sociata a proximis tempore
 congruo petita²⁸ legibus detur et solemniter²⁹ accipiatur, et biduo vel triduo orationibus vacent et
 castitatem custodiant, ut bonae soboles³⁰ generentur et domino suis in actibus placeant. Taliter
 enim et domino placebunt et filios non spurios³¹, sed legitimos atque hereditabiles generabunt.
 Quapropter, filii carissimi et merito illustres³², fide catholica suffragante³³ ita peracta³⁴ legitime³⁵
 scitote esse coniugia. Aliter vero praesumpta³⁶ non coniugia, sed aut³⁷ adulteria aut contubernia
 25 aut stupra vel fornicationes potius quam legitima coniugia esse non dubitate³⁸, nisi voluntas³⁹
 propria⁴⁰ suffragaverit, et vota succurrerint⁴¹ legitima. Nam fructus divinus est praecepta divina

Quellen:

14-24: *Similiter - coniugia*, Ben. III. 463. (Quelle unbekannt, vgl. Seckel Juncker, ZRG KA 24,1935, S. 40ff.).
 26f.: *Nam - custodire*, Innoc I. ep. ad Ruf. et Geront. (H. no. 12).

Rezeption:

14-21: *Aliter – custodiant*: Ivo, Decr. VIII,4; Ivo, Pan. VI,31 (s. auch 23-26); Gratian C. XXX, q. 5, c. 1 (s. auch 23-26).
 14-26: *Aliter – legitima*: Burchard IX,7 (Inskription *Ex decretis Sotheris papae, cap. 5*); Sentenzen c. 271 (18: *ut mos est* fehlt; 19: *ut – docet* fehlt; 23: *et – suffragante* fehlt); Anselm v. Lucca X,2 (18: *ut mos est* fehlt; 19: *ut – docet* fehlt; 23: *et – suffragante* fehlt); Bonizo X,51 (18: *ut mos est* fehlt; 19: *ut – docet* fehlt; 23: *et – suffragante* fehlt); Polycarpus VI,4,1 (18: *ut mos est* fehlt; 19: *ut – docet* fehlt; 23: *et – suffragante* fehlt); Ivo. Decr. VIII,145 (Inskription *Ex decretis Sotheris papae, cap. 5*).
 23-26: *ita – legitima*: Ivo, Decr. VIII,5; Ivo, Pan. VI,31 (s. auch 14-21); Gratian C. XXX, q. 5, c. 1 (s. auch 14-21).

²² am Rande De legitimo coniugio O93; N442; I83; vor Aliter Rubrik DE LEGITIMO CONIUGIO V630; VD38

²³ ut fehlt I83

²⁴ coniugium I83

²⁵ am Rande queratur VD38

²⁶ detur V630

²⁷ am Rande De sponsi et sponse benedictione O93; Rubrik DE SPONSIS ET SPONSE BENEDICTIONE V630

²⁸ am Rande quesita VD38

²⁹ am Rande honorifice VD38

³⁰ am Rande filii VD38

³¹ am Rande adulterinos turpes VD38

³² am Rande nobiles VD38

³³ am Rande adiuvante VD38

³⁴ am Rande perfecta VD38

³⁵ legitima N442; legitima aut contubernia VD38

³⁶ am Rande cum praesumptione facta VD38

³⁷ ut VD38

³⁸ dubitate korr. aus dubitante O93; dubitantur VD38

³⁹ voluntas propria] voluntates proprias V630

⁴⁰ propria V630

⁴¹ succurrant VD38

custodire. Ea⁴² quoque deserere⁴³ praesumptionem⁴⁴ fieri nulli dubium est. Cur ergo indignum est unitatem ecclesiae custodiri⁴⁵? Idemque omnes pariter et sentiamus et pronuntiemus. Si aliter enim praesumpta fuerint⁴⁶, perdunt profecto ipsi transgressores seipsos, qui semetipsos decipiunt. Haec
 30 cuncta recitanda per omnes Africanas ecclesias scripta dirigite et istis connectite⁴⁷, quas adiunximus litteras praefectorum⁴⁸, ut de⁴⁹ his, quae inique laudantur, si quid tale probari⁵⁰ poterit, iudicium fiat, et inhibita⁵¹ coerceantur⁵² et praeterita⁵³ mala et illicita coniugia, si doceantur admissa⁵⁴, digna⁵⁵ severitate corripiantur. De cetero vero caveantur talia per omnes ecclesias, ne ecclesiae sanctitas per nostram⁵⁶ fatigata negligentiam⁵⁷ perdat privilegia⁵⁸, quae est per viros venerabiles
 35 consecuta.

[H. 3] De his vero, quibus ab insidiatoribus fatigamini, unde et nos consulere⁵⁹ inter cetera voluistis eo, quod sint quidam, qui arbitrantur de patre solo dictum esse, quia ipse solus habet immortalitatem et lucem⁶⁰ habitat inaccessibilem, ita eos apostolicis repperit⁶¹ ferulis⁶² et divinis redarguite praeceptis. Non enim solus pater sine⁶³ filio luce⁶⁴ inaccessibili habitat, quia, ubi pater

Quellen:

29-35: *Haec - consecuta*, Innoc. I. ep, ad Aurel. Carth. (no. 17).

36-73: *De – alienum*, Idacii Clari contra Varimad. lib. (p. 740).

⁴² Eam O93

⁴³ disserere I83

⁴⁴ praesumptione VD38

⁴⁵ custodire VD38

⁴⁶ fuerit I83

⁴⁷ am Rande coniungite VD38

⁴⁸ profectorum I83

⁴⁹ ut de] Unde N442; I83

⁵⁰ probare I83

⁵¹ am Rande prohibita VD38

⁵² am Rande comprimantur VD38

⁵³ praeterita] per ita I83

⁵⁴ am Rande commissa VD38

⁵⁵ am Rande digno iudicio VD38

⁵⁶ nostra I83

⁵⁷ negligentia I83

⁵⁸ am Rande privatas leges VD38

⁵⁹ am Rande interrogare VD38

⁶⁰ lucem habitat inaccessibilem] luce habitat inaccessibile O93

⁶¹ percutite V630

⁶² am Rande disciplinis VD38

⁶³ sine korr. aus sin V630; in] sine O93; N442; I83

⁶⁴ lucem inaccessibilem] luce inaccessibili O93; N442; I83

est, ibi etiam filium esse indubitabili fide credendum est. Nam⁶⁵ si solus pater sine filio, quod dicere nefas est, lucem⁶⁶ habitat inaccessibilem, necesse est, ut sequestratam⁶⁷ pater a filio habeat mansionem. Quod si ita est, quonam⁶⁸ modo idem⁶⁹ filius ad dexteram patris adstans a beato⁷⁰ martyre Stephano dicitur conspici, si pater secundum eos⁷¹ solus dicitur sedibus contineri? Absit hoc a sensu fidelium Christo in unitate fidei adhaerentium⁷², quoniam, sicut non obest⁷³ filio, cum
 45 solus pater dicitur lucem inaccessibilem habitare, ita non obsit⁷⁴ patri, cum sapientia⁷⁵, quae⁷⁶ est filius, gyrum⁷⁷ caeli sola dicitur circumire. Pater itaque, cum sit invisibilis et ingenuus, in filio visum⁷⁸ apostoli testimonio comprobatur, et filio a se inenarrabiliter genito mansisse ac requiescere monstratur, ipso filio in propheta loquente: Qui genuit me, requievit in tabernaculo meo. Et in evangelio: Pater in me manens facit opera haec. Et: Deum nemo vidit umquam, nisi unigenitus
 50 filius, qui est in sinu patris. Si in sinu patris erat filius ab initio⁷⁹ et ex corde patris verbum bonum eructuatus⁸⁰ est, quomodo non⁸¹ in⁸² corde paterno consistens lucem cum eodem inaccessibilem⁸³ habitasse credendus est? Numquid pater absque ulla⁸⁴ luce in filio potuit commanere aut in tabernaculo filii sine eadem potuit requiescere, cum idem filius candor sit aeternae lucis et speculum⁸⁵ sine macula deitatis, quam Salomon super⁸⁶ salutem suam dilexisse
 55 in⁸⁷ se dicit, in cuius speciem⁸⁸ semper delectare gestivit⁸⁹: Super salutem et speciem, inquit, dilexi illam, et pro luce proposui habere eam, quoniam inextinguibile est lumen eius. Hanc igitur lucem

⁶⁵ *am Rande* De eo quod de patre dicit apostolus ipse solus locum habitari inaccessibilem I83

⁶⁶ lucem habitat inaccessibilem] luce habitat inaccessibile O93

⁶⁷ *am Rande* divisam VD38

⁶⁸ quodam *am Rande* vel quonam V630; quodam VD38

⁶⁹ idem *korr. aus* id est V630

⁷⁰ beato O93

⁷¹ eos *korr. aus* ut V630: ut O93; N442; I83; eos] quod ait VD38

⁷² *am Rande* coniungentium VD38

⁷³ *am Rande* nocet VD38

⁷⁴ obest I83

⁷⁵ sapientiam V630

⁷⁶ qui V630; VD38

⁷⁷ *am Rande* circulum VD38

⁷⁸ visum *korr. aus* visu V630; visus VD38

⁷⁹ initio et *korr. aus* initio O93

⁸⁰ eructuatum I83

⁸¹ non *fehlt* VD38

⁸² in *fehlt* V630

⁸³ inaccessibile I83

⁸⁴ ulla luce] ullam lucem O93; N442

⁸⁵ *am Rande* lumen VD38

⁸⁶ super *korr. aus* per V630

⁸⁷ in *fehlt* VD 38

⁸⁸ specie VD38

⁸⁹ *am Rande* concupivit VD38

David propheta desiderans anxius⁹⁰ proclamat dicens: Emitte lucem tuam et veritatem tuam. Et iterum: In lumine tuo videbimus lumen. In huius igitur luminis claritatem filius seipsum in monte tribus discipulis praeostendit, qui metu⁹¹ mortis perterriti prostratique⁹² in faciem, finem⁹³ sibi vitae
60 adesse senserunt. Hanc, inquam⁹⁴, lucem in se fuisse demonstrans⁹⁵ filius proclamabat, et ut in eadem incederent, discipulos praemonebat: Dum lucem habetis, inquit, ambulate in lucem⁹⁶. Et iterum: Ego sum lux huius mundi. Qui sequitur me, non ambulabit⁹⁷ in tenebris, sed habebit lumen vitae aeternae. Et evangelista: Erat lux vera, ait⁹⁸, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Si haec⁹⁹ lux, quae credentibus promittitur, in filio esse probatur et¹⁰⁰ cum aeterno
65 aeterna esse dicitur, quomodo a vobis inaccessibili luce patris filius¹⁰¹ separatur? Si enim filius deus verus et vita aeterna est, sine dubio in hac luce simul cum patre habitare credendus¹⁰² est, quam nullus modo nostro¹⁰³ hoc mortali corpore constitutus potest aliquatenus contueri¹⁰⁴. Sed dum apparuerit, tunc vere illum videbit sicuti est, qui eius conspectibus dignus fuerit coaptari¹⁰⁵, et non sicut Moyses ceterique prophetae per¹⁰⁶ enigmata et figuram, sed ipsam veraciter in filio
70 secundum apostolum, contuebitur¹⁰⁷ deitatis imaginem. Nam si hunc¹⁰⁸ eundemque prophetae testimonio¹⁰⁹ subsequenter¹¹⁰ sereno mentis intuitu investigare volueris, invenies filium non posse ab hac luce patris penitus¹¹¹ separari¹¹², quoniam cum solum filium dixerit in terra cum hominibus conversatum, patrem ab illo non fieri alienum. Si testimonium enim hominum accipimus¹¹³,

Quellen:

73-88: *Si - aeterna*, I Ioh. V. 9-20.

⁹⁰ *am Rande* valde concupiscens VD38

⁹¹ *am Rande* timore VD38

⁹² *am Rande* proiuncti VD38

⁹³ finem sibi vitae] sibi vitae finem *korr. aua* sibi vitae V630

⁹⁴ *am Rande* dico VD38

⁹⁵ demonstrans I83

⁹⁶ luce VD38

⁹⁷ ambulat I83

⁹⁸ ait *fehlt* I83

⁹⁹ haec *korr. aus* hac V630

¹⁰⁰ et cum aeterno aeterna esse dicitur, quomodo a vobis inaccessibili luce patris filius separatur? *fehlt* VD38

¹⁰¹ filius *fehlt* I83

¹⁰² credendus *korr. aus* credendum N442; credendum O93; I83

¹⁰³ nostri O93; VD38; nostro *korr. aus* nostri N442; V630; nostrum I83

¹⁰⁴ *am Rande* videre VD38

¹⁰⁵ *am Rande* presentari VD38

¹⁰⁶ *am Rande* per obscuras et confusas similitudines VD38

¹⁰⁷ *am Rande* videbit VD38

¹⁰⁸ hunc eundemque] hoc idemque VD38

¹⁰⁹ testimonium VD38

¹¹⁰ subsequente V630; VD38

¹¹¹ *am Rande* omnimodo VD38

¹¹² separare I83

¹¹³ accepimus I83

testimonium dei maius est, quoniam hoc est testimonium dei, quod maius est, quia testificatus est
75 de filio suo. Qui credit in filium dei, habet testimonium dei in se, qui non credit¹¹⁴ filio,
mendacem facit eum, quoniam¹¹⁵ non credit in testimonio, quod testificatus est deus de filio suo¹¹⁶.
Et hoc est¹¹⁷ testimonium, quoniam¹¹⁸ vitam aeternam dedit nobis deus, et haec vita in filio eius.
Qui habet filium, habet vitam¹¹⁹, qui non habet filium dei, non habet vitam. Haec scribo vobis, ut
sciatis, quoniam vitam habebitis¹²⁰ aeternam, qui creditis in nomine filii dei.
80 Et haec est fiducia, quam habemus ad eum, quia, quodcumque petierimus secundum voluntatem
eius, audit nos, et scimus, quia¹²¹ audit¹²² nos, quicquid petierimus, scimus, quoniam habemus
petitiones, quas¹²³ postulamus ab eo. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem,
petat, et dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est¹²⁴ peccatum ad mortem, non pro illo dico,
ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum est, et est peccatum ad mortem. Scimus, quia omnis, qui
85 natus est ex deo, non peccat, sed generatio dei conservat eum et malignus non tangit eum.
Scimus, quoniam¹²⁵ ex deo sumus, et mundus totus in maligno positus est. Et scimus, quoniam
filius dei venit et dedit nobis sensum¹²⁶, ut cognoscamus verum deum et simus¹²⁷ in vero filio eius.
Hic est verus deus et vita aeterna.
Haec, fratres, praedicate, haec omnibus nuntiate, vos vero invicem exhortamini, perfecti estote
90 semperque gaudete, pacem autem sectamini in omnes, et deus pacis et dilectionis erit vobiscum.
Deo autem et patri nostro gloria in saecula saeculorum. Amen. Data¹²⁸ VIII Kl. Aprilis
Valente¹²⁹ et Vetere vv. cc. cons.

Quellen:

89f.: *exhortamini- vobiscum*, II Cor.XIII. 11.

91: *Deo - saeculorum*, Phil. IV. 20.

91f.: *Nota consul. desumta ex c. I. Consulentibus vobis fratres — usurpa-tionepraesumere*, Innoc. I. ep. ad Exup. Tolos. pr. (H. no. 8).

¹¹⁴ credit] credit in V63; credit *korr. aus* credit in N442

¹¹⁵ quia *korr. aus* qui V630; qui I83; quia VD38

¹¹⁶ suo *fehlt* N442; I83; VD38

¹¹⁷ est testimonium] testimonium est I83; VD38

¹¹⁸ quoniam *fehlt* I83

¹¹⁹ vitam, qui non habet filium dei, non habet vitam *korr. aus* vitam O93

¹²⁰ habebitis aeternam] aeternam habebitis I83; VD38

¹²¹ quia *korr. aus* qui O93

¹²² audi VD38

¹²³ quas *korr. aus* qua O93

¹²⁴ Et I83

¹²⁵ quia I83; VD38

¹²⁶ sensu O93

¹²⁷ scimus VD38

¹²⁸ Amen Data VIII Kl. Aprilis Valente et Vetere vv. cc. cons. *fehlt* V630; N442

¹²⁹ valete VD38